

Johann Quistorp

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior. Ad Exequias, Matronae ... Elisabethae Heins/ Domini Ernesti Cothmanni, Megapolitani olim Consiliarii & Cancellarii Magnifici, Viduae, Liberi moestissimi hodie in Templo Mariano ad primam parabunt, Omnes Academiae Cives peramanter invitat

Rostochii: Kilius, 1542 [i.e. 1642]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097306X>

Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J.,

in E. Hein.

Rost. 1642.

13.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77097306X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097306X/phys_0003)





55

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, D. & Theol. Facult.

Senior.

AD EXE^QVIAS
QVAS

MATRONÆ PRIMARIAE
ELISABETHÆ Seins /
Domini ERNESTI COTHMANNI,

Megapolitani olim Consiliarij & Cancel-

larij Magnifici, Viduæ,

Liberi mæstissimi hodie in templo Mariano
ad primam parabant,

Opimes Academix Cives peraman-
ter invitat.

(O) (O)

ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILLI Acad. Typog.

ANNO clo Is XLII.

38. 73



VT mortuorum cädave-
ra melli imponerentur , in eo-
demq; asservarentur , Demo-
critum Abderitam , qui à per-
petuâ ridendi consuetudine
Gelasinus dictus est , statuisse scimus.
An mellis vim , quam habet in fœtore & pu-
tredine à corporibus sibi commissis , longo
tempore , arcendo : an ejus saporem dulcis-
simum , hoc ipso respexerit , affirmare non
habeo. Utrumq; rectè , meâ quidem fit sen-
tentiâ. Serventur à fœtore & corruptione
mortui : non eos lingua petulante insecre-
mur , non eorum famam & nomen maledi-
cendi fœtore conspurcemos , vel à quoquam
id fieri permittamus. Sit eorundem nobis
memoria suavissima. Pessimorum est emor-
tuo Leoni insultare ; malevolorum est , felle
& amarulentiâ ad meliora translatos com-
plere. In melle resava , quisquis bonus es ,
emortuos , elogijs eos orna , suavis sit tibi eo-
rundem repetita memoria. Respexisse huc
veteres quis negabit , quando non glebas in-
tegras , quibus se invicem petentes lædere pos-
sunt , sed exilem pulverem , sed flores amœ-
nos sepulchris asperserunt. Mellii impone-
bat,

bāt, levem pulverem, quin flores Josaphati
cadaveri Rex David aspergebat, quando
mortuum splendido elogio ornabat, quando
relictum ejus filium Mephiboseth, prædijs
avitis donabat, & mensæ regiæ admovebat.
Monitum, quod dixi, Democrati, morem
veterum, exemplum Davidis, in hodierno
funere jure exprimimus justissimo. Sive enim
emortuæ matronæ fœminæ primariæ & pien-
tissimæ E L I S A B E T H æ Heins / genus sive ma-
trimonium, sive vitam omnem, sive ex hac mor-
talitate exitum consideremus, melle cadaver
asservari, pulvere & floribus ejus sepulchrum
conspergi meretur. *Genus* debet parenti-
bus & majoribus omni virtutum laude deco-
ris. Taceo *Avum* paternum J A C O B U M Heins
Consulem Neobrandenburgensem prudentis-
simum, *Avum* Maternum A L B E R T U M Dobo-
bins / Senatorem Rostochiensem gravissimum,
Aviam paternam E L I S A B E T H A M Barne-
fürs / *Aviam* maternam M A R G A R E T H A M
Wedigen / fœminas à pietate, alijsq; virtutibus
commendatissimas. Taceo majores reliquos,
qui quantisper in terris his versabantur; hone-
sti fuerunt nominis & famæ, & nunc sunt in
benedictione; quibus Emortua nostra addita,

Q²

in cœlis

in cœlis convivit. Parentum, ex quibus h̄ic
Rostochij Anno 1566. Decembris die 20. nata
est, non possum non tribus meminisse. **Pater**
ipſi fuit **F R I D E R I C U S H e i n / J. U. Doctor**,
quem eruditio & virtus ad plurimas evexit di-
gnitates. Vidimus eum in Universitate hâe
nostra jus decretalium Professorem docen-
tem; Vidimus in aulâ **J O H A N N I S A L B E R T I**
Ducis Megapolitani, laudatissimæ recorda-
tionis, Consiliarium; vidimus hujus urbis
Consulem & Syndicum; quas ille functiones
ita ornabat, ut necdum sublati merita excide-
rint. **Mater** ipſi erat **A N N A D o b b i n g**/ Matro-
na eximia, ab illis virtutibus, quæ fœmineum
sexum exornant, instructissima. Quis h̄ic
mel, quis pulverem levem, quis flores nega-
bit? **Matrimonium** Emortuæ non minus illa,
quæ dixi, quam genus exposcunt. Conti-
git illud ipſi felicissimum. Qvum ad pietat-
em & alias virtutes domi educata, & plenis
annis nubilis esset, inventi sunt, qui ejus am-
birent nuptias, Exambijt eas Anno 1586. Dn.
E R N E S T U S C O T H M A N , J. U. D Codicis apud
nos Professor, Ducum Megapolensium Can-
cellarius, quem propter eruditionem insi-
gnem, & literaria, quæ sibi ipſi ære peren-
niora

niora erexit monumenta , penna metuente
solvi fama super æthera agit.

*Quem neq; nostra silet, neque quem ventura filebit
Fama, nec obscurâ condet sub nube veinstas.*

In hoc matrimonio , quod nō interrupta con-
cordia fovit, maritatis conviventibus, ex divi-
nâ benedictione numerare licuit quinque li-
beros , ex quibus tres ad gaudia sunt præmissi.
Supersunt duo , ANNA , matronalibus virtu-
tibus insignis fœmina , Dn. LAURENTIO
STEPHANI J. U D. Professori , Consiliario ,
& Cancellariæ , quæ Gustrovij est , Directori
gravissimo , nuptum data; quæ emortuam
nostram , nepotibus octo locupletavit . Ex
quibus , reliquis ad vitam meliorem evoca-
tis , nepos unus JOACHIMUS , avi & pater-
narum virtutum æmulus , serio ad eruditio-
nem grassatur viam , & neptes tres ELISABE-
THA , BARBARA & CATHARINA in vivis sunt . Fi-
lia hæc non nepotibus & neptibus solum his ,
Emortuam nostram , sed & pronepotibus , ER-
NESTO & MARCO CHRISTOPHORO , ex MAR-
GARETHA ELISABETHA STEPHANI , initi-
tiò Dn. HENRICO SULTEMANNO , J.U.D.
& post ejus obitum Dn. DANIELI SANDO-

viro J. U.D. in conjugio convivente pronepte, inter cœlites jam agente; ut & pronepte, ex ELISABETHÂ, quando nec dum matrimonii vinculum, quod fuit inter ipsam & Dn. LAURENTIUM Marquarten/ J.U. D. Reverendissimi Archiepiscopi Bremensis Consilium, dissolutum erat, natâ beavit. Nec minus Macarites nostra filium suum, Virum Clarissimum & Consultissimū Dn. FRIDERICUM COTHMAN, J U.D. vidit concors & fœcundum conjugium colere, cum pietatis, modestiæ & castitatis encomio ornanda fœmina, CATHARINA, NICOLAI Jungen/ J.U. D. & Celsissimi Holsatorum Principis JOHANNIS ADOLPHI laudatissimæ memoriæ olim Cancellarij filia. Ex quibus maritatis exosculata est nepotem ERNESTUM, & neptem unam, infantes admodum rebus humanis exemptos, & ANNAM ELISABETHAM, proaviæ discessum lugentem. *Omnem vitam* suam Emortua nostra, rei Oeconomicæ curâ, concordiâ cum vici- nis, benignitate in pauperes, pietatis studio ornabat; à quo nec lecto affixa destitit, qvum enim superioris anni die Dominicâ, quam Exaudi nominamus, ingravescens senectutis incommoda asperius ac ante sentiens, ab inopi-

inopinatâ vertigine corriperetur , illaq; sœ-
pius medicamentorum ope repressa recurre-
ret : Ipsa tamen non destitit , quoties per in-
tervalla morbi licuit , sacrorum librorum le-
ctione se oblectare , & quotidianis precibus
Deo , se , suam domum , suos , miserè afflictam
Ecclesiam commendare . Donec ante unam
atq; alteram septimanam , superatis aliquo-
ties vertiginis insultibus , penitus prostrato
appetitu , exhaustæ , & flatulentis doloribus
consumptæ senioq; confectæ vires , vincente
morbo succumberent , sicq; Dominicâ *Lata-
re* dictâ , plenâ fide & fiducia in Salvatorem
suum , postquam in terrris annos 75. & tres
menses , in conjugio 38. in viduitate 18 vixisset ,
ad illam transiit vitam , quæ ipsam ab omnibus
morborum , bellorum , infortuniorum
injurijs liberam præstat & in constantem sa-
nitatem & quietem collocavit . Cœpisti , ô
beata anima , tuum *Exaudime Domine* , & di-
mitte servam tuam in pace , ante annum in-
geminare , *Latare* infsecutum est . Gratula-
mur tibi hanc felicitatem , Deumq; rogamus ,
ut nos , pulsis omnibus difficultatibus vel læ-
tâ pace , vel hinc in lætitias translatione , ex-
hilaret . Veni , ô Domine J E S U , veni ! Vos
Academiae

Academiæ Cives , ut cadaver, in dormitorium suum hodie horâ primâ in Templo Mariano reponendum, frequentes eò deducatis, amicè rogamus & monemus. Inter eundum id cogitabis, quod Ecclesiæ Doctores vetusti inculcârunt ; In Levitico præcepisse DEUM, ut plumæ avium, quæ ipsi in holocaustum offerebantur, in eum projicerentur locum, in quem cineres effundebantur ; Aves nos sumus , in holocaustum nos Deo offeramus: plumæ sunt divitiæ, & mundi vanitates , has in locum cineris projiciamus , mortem piam meditemur. Quod si fecerimus , ex hac exactâ vitâ , ad vitam verè vitam transibimus. P.P. 29. Martij,

Anno 1642.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77097306X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097306X/phys_0013)







mora erexit monumenta , penna m
solvi fama super æthera agit.

*Quem neq; nostra silet, neque quem venti
Fama, nec obscurâ condet sub nube ve*

In hoc matrimonio , quod nō interru
cordia fovit, maritatis conviventibus
nā benedictione numerare licuit qui
beros, ex quibus tres ad gaudia sunt p
Supersunt duo , ANNA , matronalib
tibus insignis fœmina , Dn. LAU
STEPHANI J. U D. Professori , Cor
& Cancellariæ , quæ Gustrovij est , I
gravissimo , nuptum data; quæ em
nostram , nepotibus octo locupleta
quibus , reliquis ad vitam meliore
tis , nepos unus JOACHIMUS , avi
narum virtutum æmulus , serio ad
nem grassatur viam , & neptes tres E
THA , BARBARA & CATHARINA in vivis
lia hæc non nepotibus & neptibus se
Emortuam noltram , sed & pronepo
NESTO & MARCO CHRISTOPHORO
GARETHA ELISABETHA STEPH
tiò Dn. HENRICO SULTEMANN
& post ejus obitum Dn. DANIELI

Q3



the scale towards document